38[5]97 l. idemque

f. 13

vir fuit / Itaque, inimicus interfecti, sed virtutis amicissimus Metellus / Macedonicus, quem in hoc tam truci facinore lamentantem et legimus et laudamus. Hijs equidem tribus viris tam patrie sue vilibus, et quibus tam ~~tam~~ patria cara fuit, tres obiciam peregrinos reges, Quibus hac ipsa (rum) patria, suorum civium contemptrice, honorate benivolencie[1] iusta vicissitudo contigit ac permansit in finem: Massinissam[6] scilicet Numidarum et Eumenem atque Attalum Pergameorum[1] reges. Horum data[2] et accepta beneficia tam multa sunt adeoque certa in dubiis rebus fides, ut de publicis ac regiis meritis extimacio [bing. aestimatio] subdifficilis sit. tot ultro citroque de virtute benivolenciaque certancium experimenta contendunt, tam preterea hinc illinc perseveranti amicicia usi sunt, ut et Romanorum favor et obsequia regum non ipsorum modo vite tempus equaverint set ad posteros usque pervenerint. Atque ut Romane perseverancie argumenta preteream, que sunt multa regum non. quales ad extremum[7] fuerint si aliunde nescirem duorum ex hiis suprema testantur elogia, quarum[3] alter exactissima moriens etate unum in terris populum Romanum suis noscendum colendumque mandavit, alter ita testamento cavit: Populus Romanus bonorum meorum heres esto. Multa tamen tecum[4] hactenus, opti-

1) nach. aus benivolencia
2) nach. aus datam
3) que
4) tecum von Schreiber über -ta tecum nachgetragen
6) Massinissam
7) extremu